Ead. c. 8. Et eadem Causâ & q. c. 8. Stephanus Papa V. Hasulpho, qui uxorem interfecerat, inter cætera hæc scribit: *Communionem Corporis & Sanguinis Domini cunctis diebus vite tue indignum te existimes; in ultimo tamen exitu vite tue die, si merueris pro Viatico, si sit, qui tribuat tantummodo venialiter (id est, ex misericordia) ut accipias tibi concedimus. Ubi Glossa verb. Venialiter ait: Argumentum quiddam Ecclesia potest Corpus & Sanguinem Domini quibusdam etiam in fine prohibere. Et citat alia jura in quibus imponitur tamquam pœna cessatio à Communionem, ut nulli dubium sit, alicui pœnale esse, ab opere virtutis vacare.*

Cessatio à Communionem potest esse pœna.

Privatio Sufficiat nobis pœna excommunicationis,

cujus unus effectus est privatio passiva Sacramentorum cap. *Si quem* 59. de sent. Excom. ubi sic lego: *Si quem sub hac forma verborum: illum excommunico, vel simili, à iudice suo etc. communicari contingat, dicendum est, eum non tantum minori, quàm à perceptione Sacramentorum, sed etiam maiori excommunicatione (quæ à communione fidelium separat) esse ligatum.*

Sed quid ad hæc Sanctius? Forum, inquit, exterius, dum pœnas infligit delinquentibus, non eo sine inducit illas, ut delinquentes earum tolerantia Deo satisfaciant, & pœna debita peccatis remittatur; sed tantum illo sine punit, ut debita satisfactio detur Republicæ, quæ læsa fuit ob delicta à delinquentibus commissa, vel quod reddatur persone offensa. Unde etiam Iudex certò sciret delinquentem reddendum impunitum ob pœnitentiam, tamen non tenetur cessare: & satisfactionem à perceptione Eucharistiæ potest imponere tamquam pœnam pro delicto, quamvis cessatio illa satisfactoria non sit Deo, sed solum Republicæ.

Unde forum exterius, ut puniat delicta, non attendit, an pœnitio fiat obligando ad actiones positivas exercendas à delinquentibus, vel an per privationem, prohibendo videlicet aliquas actiones ab illo exerceri. . . . Iudex fori interni, videlicet Sacramenti Pœnitentiæ, ex intentione directâ debet injungere pœnam, ut ex illius tolerantia Deo satisfaciat, & pœna debita remittatur. Ut ergo puniat peccata confessa, debet injungere partem satisfactoriam, quæ pœnitiva erit peccatorum: pars autem satisfactoria, ut possit elevari à Deo, debet esse aliqua entitas: nam id quod non est, elevari non potest. Unde cum cessatio à perceptione Eucharistiæ sit mera negatio, & non entitas, injungi non poterit sub pœnitentiâ à Confessatio. Hucusque præfatus Auctor.

Est ubi ipsi, de apparet, contrarius. Enimverò jam fatetur alicui pœnale esse, ab opere virtutis vacare, quod antea negaverat; Cessationem, inquit, à perceptione Eucharistiæ potest imponere (Iudex in foro externo) tamquam pœnam pro delicto. Ergo pœnale est ab opere virtutis vacare. Ad quid ergo illa interrogatio: *Cuinam quæso pœnale erit ab opere virtutis vacare?*

Et verò si hæc vacatio potest esse satisfactoria Republicæ, ut ibidem admittit, cur non etiam satisfactoria Deo? Si hæc vacatio potest remittere pœnam fori externi, placando Iudicem, & cohibendo ipsum ab infestatione alterius pœnæ positivæ, quâ alioquin dignus est reus, cur similiter non poterit placare Deum, & ipsum cohibere ab infestatione pœnatum temporalium Purgatorii, per consequens remittere pœnas Purgatorii?

Dicere; *Non potest*, est manifesta petitio privationis.

Opus per accidens bonum potest esse meritorium & satisfactorium.

126. Reprobatur quæso pœnale erit ab opere virtutis vacare?

Cap. 15. 33. q. 2.

Ead. c. 8.

Cessatio à Communionem potest esse pœna.

Privatio

Sect. principii. nihil idfuit si non en & persona etiam De qua à it Leg. Eius tale inverborum qualitate satisfacti foro exteri etiam fati aliquam nihil ad illa Juris Deniq. 130. Omittit vo. Invenit po. sive est positiva entitas. tis. tisfactori positivè & positiva elevari pœnæ, quæ sed sola Eucharist poterit enarum Pœtem esse i. Et quàm dere ad Confessati potius pœ quam fati commissi Cum ita deter expedire Corionem animæ vimus. I profectò esse, tam tatis meo peccator ni ergo f. Et gr. vativa, imponi, cativum dicat Sa. injungi vatium rium; est, pœ terit, q à Conf Concili dèrni ne mento p ratio in quòd sit

entia. privatio passiva Sacramenti... m 59. de sent. Excom. dicitur... vel simili, à iudice se ex... cendum est, cum non... tione Sacramentorum, sel... atione (qua à communione... atum. cius? Forum, inquit, 127... icifigit delinquentibus, deinde... as, ut delinquentes ex... satisfaciunt, & pena... tatur; sed tantum illo... satisfactio detor Reipa... b delicta à delinquent... quod reddatur persona... Judex certò sciret de... m impientem ob pa... n tenetur cessare: & sic... one Eucharistiae possit... penam pro delicto, ... satisfactoria non fit Deo, ... ius, ut puniat delicta, ... nicio fiat obligando ad... ercendas à delinquenti... ionem, prohibendo vi... s ab illo exerceri. At... delicti Sacramenti Pen... ne directa debet injun... illius tolerantia Deo la... bita remittatur. Ut ergo... a, debet injungere pen... que punitiva erit pecca... satisfactoria, ut possit ele... aliqua entitas; nam id... non potest. Unde cum... Eucharistia sit mera ne... , injungi non poterit lib... tio. Hucusque præfatus... raret, contrarius. Enim... ui penale esse, ab opere... antea negaverat; Cofa... ceptione Eucharistiae possit... foro externo) tamquam... ego penale est ab opere... id ergo illa interrogatio... eris ab opere virtutis 14...

130. Omnia voluntaria positive est

principii. Et hoc probare, Quia non est entitas, nihil infirmus est, si tamen aliquid est. Nam si non entitas potest satisfacere Reipublicæ, & personæ offensæ in foro externo? An fortè quia dicit Sanchez, Non entis nulla sunt qualitates Leg. Eius qui 41. ff. de rebus creditis? Nihil tale invenio in illa lege, spectando sonum verborum. Deinde si non entis nullæ sunt qualitates, cur ergo vacatio ab opere virtutis satisfaciunt Reipublicæ? Vel si satisfactio in foro externo non est aliqua qualitas entis, dico, etiam satisfactionem in foro interno non esse aliquam qualitatem entis, & per consequens nihil ad propositum illa lex, & quidquid ex illa Jurisconsulti colligunt aut inferunt.

131. Docet Io. Sanchez opus merè præservativum non posse esse partem Sacramenti.

Denique ut pura omisso non possit esse satisfactoria, cur non saltem omisso voluntaria positive seu patienter tolerata? Sanè hæc est positiva entitas in quantum voluntaria; ergo elevari poterit ad causandam remissionem penæ, quæ nihil est physicum, aut positivum; sed sola carentia penæ: cur ergo carentia Eucharistiae, maxime positive voluntaria, non poterit elevari ad causandam carentiam penarum Purgatorii. Si dixeris; illam voluntatem esse internam, habes responsum supra. Et quamvis Judex externus non debeat attendere ad illam patientem tolerantiam, tamen Confessarius potest, & debet attendere, ne potius penitens novæ culpæ reatum incurrat, quam satisfactionem Deo reddat de delicto commisso.

Abstinètia à Communionem potest aliquando expedire

Cum igitur sumptio Eucharistiae non sit res ita determinatè bona, quin aliquando possit expedire ejus oppositum, id est, abstinètia à Communionem, vel propter indispositionem corporis vel propter indispositionem animæ, de quo puncto diffusè tractavimus. Disp. 4. Sect. 10. Concl. 10. liquet profectò, hanc abstinèntiam hîc & nunc posse esse, tam ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, quam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Quidni ergo sit satisfactoria?

132. Sed sine sufficienti fundamento

Et gratis admisso, quòd esset purè præservativa, adhuc nihil obstat, quin rectè possit imponi, dummodo aliquid aliud opus vindictivum seu punitivum adjungatur: quidquid dicat Sancius supra n. 17. ibi: Nec proderit injungi aliquid opus, quod merè præservativum sit, & aliud quod sit satisfactorium; nam illud quod purè præservativum est, pars Sacramenti nequam esse poterit, quantumcumque illud sub penitentia à Confessario injungatur; quamvis hanc esse Concilii mentem non fateantur quidem moderni nobis Adversarii, sed id nullo fundamento probant. Immo principalis & primaria ratio in penitentia injungenda attendi debet, quòd sit præteritorum peccatorum punitiva, se-

cundaria verò à futuris præservativa. Hæc ille.

Sed absque sufficienti fundamento. Quod enim illud esset? Nullum aliud allegat præter verba Trident. sess. 14. c. 8. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Ergo principalis ratio est vindicta. Negatur Consequentia. Et quare non potius novæ vitæ custodia, quæ ponitur primo loco, & cui superadditur per ly Etiam, ratio vindictæ? Ergo præcisè ex illis verbis non colligitur, quòd principalis ratio sit vindicta.

132. Sed sine sufficienti fundamento

Cons. Trid.

Deinde quomodo ex illis verbis probatur, quòd Sacerdos non possit imponere duplex opus, unum præservativum, & aliud vindictivum? Nonne omne opus vindictivum est etiam præservativum? Si est, cur non suffiebat dicere: Habeant autem præ oculis, ut satisfactio sit ad præteritorum peccatorum vindictam? Si non est; vel illud, quòd solum est vindictivum, potest imponi, vel non. Si potest imponi, dummodo addatur aliud opus præservativum, cur etiam non poterit imponi opus solum præservativum, dummodo addatur aliud opus vindictivum? Si non potest imponi, unde hoc probatur? Ex illis verbis Tridentini? Est probatio contra communem praxim Confessariorum, qui solent sæpissimè distincta opera imponere, unum pro remedio, alterum pro vindicta, & tamen non putant se ideo peccare contra suam obligationem per illa verba Trid. significatam, sed approbè illi satisfacere.

Sacerdos potest imponere unum opus vindictivum & aliud præservativum

133. Objectio est

Sancio.

Dices cum Sancio supra: quòd penitens metu negandæ Communionis, peccatorum emendationi incumbat, non convincit, posse negari sub vinculo penitentiae Communionem; tum quia illa negatio solum esset præservativa, & non punitiva peccatorum, cum ex otio & cessatione à virtute, peccata non puniantur: si verò contingeret inducere mortificationem penitenti non susceptionem Eucharistiae, & cetera ratione esse negationem Eucharistiae punitivam, tunc non jam privatio Eucharistiae punit, sed mortificatio indè exorta, & sic ipsamet privatio non habebit rationem partis Sacramenti. Tum alià ratione non posset imponi sub penitentia negatio Eucharistiae, quia scilicet illa negatio, præservativa per se non est peccatorum, immo impeditiva est majoris boni, cum potius sumptio ipsius, antidotum sit, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præservamur, teste Trident. sess. 13. c. 2.

Neque ex eo quòd aliquibus proficit Eucharistiae negatio ad emendationem peccatorum, erat illa negatione utendum, cum id fiat per accidens, & dici queat tunc, Rectum ab errore, Marcill. in Addit. ad Memor. Compottell. fol. 108. Sicut non rectè ageret Medicus, qui medi-

Marcill.

medicinam ineptam & contrariam infirmo applicaret, etiam si crederet probabiliter profuturam. At repugnat institutioni Sacramenti Pœnitentia; imponi sub pœnitentia id, quod ex natura sua nequaquam juvare potest ad peccatorum destructionem, sed potius ad lapsum in ea: non sumptio autem Eucharistia via potius est peccatorum, quam eorum evitatio, cum hæc ex sumptione ipsius per se comparetur, ut ex Conc. supra constat. Ex quo sequitur ad hujusmodi pœnitentiam acceptandam non teneri pœnitentem. Hucusque Sancius.

134. Prima responsio.

A quo quæro primo; an Ecclesia possit præcipere illud, quod ex natura sua nequaquam juvare potest ad peccatorum destructionem, sed potius ad lapsum in ea? Si non potest, quâ ergo auctoritate præcipit abstinenciam à secunda, tertia, quarta &c. sumptione Eucharistia una & eadem die? Quippe æ abstinencia potius via est peccatorum, quam eorum evitatio, cum hæc ex sumptione ipsius per se comparetur, ut ex Conc. supra constat. Sin autem, hoc non obstante, Ecclesia iuste præcipit hanc abstinenciam, nescio sanè, quare Sacerdos non possit præcipere pœnitenti abstinenciam à quotidiana Communionem, quando per accidens hic & nunc est præservativa à peccato, quamvis ipsa sumptio ex natura sua sit præservativa.

Medicus recte agit applicando medicinam per accidens tantum profuturam.

Putas quòd Medicus rectè ageret, qui medicinam ex natura sua aptam applicaret, quam crederet per accidens nocituram, quando posset applicare æquè commodè medicinam per accidens profuturam, etsi ex natura sua contrariam? Profectò si non ex officio, saltem ex Charitate tenetur infirmo subvenire certiori medio quo potest; adeoque rectè ageret Medicus, qui medicinam ex natura sua ineptam & contrariam applicaret, dummodo crederet eam per accidens profuturam, & medicinam ex natura sua aptam non applicaret, quando crederet eam per accidens nocituram. Ergo consimiliter Confessarius, qui est Medicus spiritualis, rectè fungetur suo officio, si relinquat medicinam ex natura sua aptam, per accidens tamen nocituram pœnitenti, & applicet medicinam per accidens solum profuturam.

135. Excommunicatio est poena medicinalis? Et tamen hæc separatur, sicut superius diximus, à perceptione Sacramentorum. Si ergo Ecclesia in foro externo potest illam poenam medicinalem præscribere infirmo spirituali, cur idem non poterit Sacerdos in foro interno? Nam sicuti Sacerdos in Confessione per impositionem pœnitentia intendit procurare bonum spirituale pœnitentis, putà emendationem seu præservationem à peccatis; ita etiam Ecclesia, imponendo poenam excommunicationis, intendit bonum spirituale excommunicati, utputà emendationem ejus à

peccato commissio, & præservationem à peccato imposterum committendo. Itaque quòd sumptio Eucharistia ex institutione sua sit præservativa, nihil obstat, quin hic & nunc non sumptio possit esse magis præservativa, quod sufficit, ut sicut in foro externo, ita etiam in foro sacramentali possit imponi sub pœnitentia.

Enimverò quid clariùs, quam Canones pœnitentiales, qui habentur in fine Decretorum, præscribere abstinenciam à Communionem Can. 1. ibi: *Finito sic primo anno, & dimisso particeps sit Corporis Domini &c.* Et tamen hæc Canones à Gratiano appellantur, *Quadam regula directive ad pœnitentia delinquentibus imponendas*, utique in Sacramento Pœnitentia.

Ac propterea notitia horum Canonum dicitur viris Ecclesiasticis valde necessaria. *Canones*, inquit Gratianus in præfatione, *instruunt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda, sed descensum ad singularia, Presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circumstantias personarum, attendentes ad Canones, sicut ad regulas directivas: quia si contra Canones imponant, non rectè imponant.* Ergo si secundum Canones imponant, rectè imponunt; ergo si imponant abstinenciam à Communionem, rectè imponunt, quia secundum Canones.

Quæro secundò à Sancio: Jejunium imponi potest sub pœnitentia? Quomodo, cum illius natura consistat in cessatione à comestione? Respondet n. 18. jejunium non imponi sub pœnitentia, secundum quod dicit puram negationem, & cessationem actûs comedendi, sed secundum quod includit macerationem carnis, quæ quid positivum est, & elevabile à Deo, quâ ratione quid positivum est jejunium, & elevabile ad causandam gratiam.

Infero ergo; ergo cessatio comestionis non habet rationem partis Sacramenti, sed sola maceratio inde exorta. Ergo si ex jejunio non sequeretur per accidens maceratio carnis, pœnitens non satisfaceret, nec acciperet remissionem poenæ temporalis.

Infero secundò; ergo etiam abstinencia à Communionem ratione mortificationis, quæ sequitur, est quid positivum & elevabile ad causandam gratiam.

Respondet Sancius; cessatio à sumptione Eucharistia non est per se inductiva mortificationis, sed aliquando per accidens evenit; è contra cessatio comestionis est per se causativa macerationis. Deinde mortificatio spiritûs est effectus spiritualis, qui pars Sacramenti sensibilis esse non poterit.

Sed contra; Contritio est spiritualis, & tamen est pars Sacramenti sensibilis; ergo illa mortificatio spiritûs, tamen si sit effectus spiritualis, poterit esse pars Sacramenti sensibilis; nam redditur sensibilis per externam abstinenciam à Communionem, sicuti Contritio redditur

redditur se enim magis Confessione abstinencia à fativa moralis, quàm tificationis

139. objectio.

Si dixerit per se deest est ipsum Sacramenti: debent totum nem conven

solvitur.

Repono operato, elevatur peccati præ destructio temporalis quo, auglia actuali autem effusione, seu do imponi magis per corporalibus hæc omni nobis suffi reprobandum steret.

140.

Arque esse suffici tionis; fo fessarii pro orationem Rom. part sationem præcipere, non vacent ex hac vita ciant.

Hanc sed expressi dicens: N gere sub rum, Pla pœnitenti stentibus.

141.

Rectè tantum Pœnitentia poenæ po faciat pro (satisfact naturam i satisfactori bitis à po Et idem poenis imponere

redditor sensibilis per Confessionem: neque enim magis per se Contritio conjungitur Confessionis, quam illa mortificatio spiritus abstinentiæ à Communionem. Et verò cur abstinentia à cibo corporali, magis per se est causativa mortificationis seu macerationis corporalis, quam abstinentia à cibo spirituali, mortificationis seu macerationis spiritualis?

139. Si dixeris; illa maceratio spiritualis non est per se destructiva peccati, sicut destructivum est ipsum Sacramentum; ergo non est pars Sacramenti: nam partes alicujus totius juvare debent totum in ordine ad causandam actionem convenientem naturæ totius.

140. Respondeo; effectus satisfactionis ex opere operato, id est, effectus, ad quem satisfactio elevatur per Sacramentum, non est destructio peccati præteriti quoad culpam, sed in primis destructio peccati præteriti quoad poenam temporalem Purgatorii; item, secundum Aliquos, augmentum gratiæ habitualis; & auxilia actualia præservativa à peccato futuro: hos autem effectus causat abstinentia à Communionem, seu mortificatio non consequens, quando imponitur à Confessario, non minus, aut magis per se, quam jejunium seu maceratio corporalis consequens jejunium. Sed quorsum hæc omnia? Nam sola praxis Ecclesie debet nobis sufficere, quæ indubiè reformanda & reprobanda foret, si sententia Sancii subsisteret.

Atque similis praxis debet unicuique esse sufficiens probatio ultimæ partis Conclusionis; solent enim non infrequenter Confessarii pro satisfactione sacramentali imponere orationem pro defunctis, juxta illud Catech. Rom. part. 2. c. 5. qu. 63. *Sed ex omni satisfactionum genere maxime convenit poenitentibus præcipere, ut certis aliquot & definitis diebus orationi vacent, ac pro omnibus, & præsertim pro iis, qui ex hac vita in Domino discesserunt, preces Deo faciant.*

Hanc praxim non negat Joannes Sancius, sed expressissimis verbis fatetur disp. 16. n. 1. dicens: Mos est plurimis Confessariis injungere sub poenitentia Nocturnum defunctorum, Psalmos, vel Responsorialia recitanda à poenitentibus pro animabus in Purgatorio existentibus. Ita Sancius.

141. Sed attende, quod immediatè atexit: Rectè tamen non procedunt: nam Sacramentum Poenitentia ad remissionem culpæ, & poenæ poenitentis est institutum, & ut satisfaciatur pro poenæ debitibus pars illa integralis (satisfactio videlicet) est ordinata. Contra naturam igitur hujus institutionis erit, partem satisfactoriam injungere, quæ pro poenæ debitibus à poenitente non proficit, sed pro alienis. Et idem est partem satisfactoriam pro alienis poenæ injungere, atque nullam satisfactionem imponere.

Unde poenitens, cui onus satisfaciendi pro aliis esset injunctum, quamvis teneatur opus designatum exequi, nequaquam erit constructus illud applicare aliis, nam in hac parte irrationabilis fuit poenitentia. . . Omitto, actum internum præcipi non posse sub poenitentia, eò quòd pars Sacramenti, visibilis debeat esse, sicut Sacramentum. . . vel quia poenitentia sacramentalis per modum humani præcepti imponitur, quod non solet cadere in actum internum. . . At applicationem satisfactionis sic, vel aliter fieri, quid internum est. Non igitur sub præcepto Confessarii cadere potest opus ab illo injunctum ad poenitentiam applicandam aliis, quamvis id non esset contra institutionem Sacramenti, quod probatum est. Hucusque Sancius contra communem sententiam & praxim.

Ejusdem opinionis ante ipsum fuit Vega ^{Figd.} Sum. tom. 2. c. 64. cap. 4. & post ipsum Bordonius ^{Bordonius.} in Concl. Regul. tom. 2. resol. 70. quæst. 4. num. 16. & Pauci alii, propter quos tamen non judico recedendum à communi praxi conformi Catech. Roman. supra allegato.

Conabor itaque satisfacere argumentis propositis à Sancio quæ præcipua sunt, immo sola. Ut autem incipiam à faciliori, existimo me supra satis demonstrasse, actum internum, maximè qui per accidens redditur sensibilis, videlicet per impositionem Confessarii, & acceptationem poenitentis, posse præcipi sub poenitentia, eò quòd satisfactio tantum sit pars integralis, & potestas Clavium, quæ est fori interni, extendens se ad solutionem actus interni, etiam videatur se extendere ad præcipiendum actum internum: nec est ulla ratio, quare Deus actum internum non poterit elevare ad effectum sacramentalem remissionis poenæ temporalis, eisdem etiam quòd ad hunc effectum requireretur signum aliquod sensibilis; nam hoc signum in præfenti est Absolutio sacramentalis, quæ sola apud nos est essentia strictè dicta Sacramenti Poenitentia, & per quam satisfactio, sive interna, sive externa, elevatur, & fit pars integralis Sacramenti.

143. Si ergo aliquid obstat, est institutio Sacramenti pro delendis poenæ ipsius poenitentis, & non alienis, sive defunctorum, sive vivorum, sed hæc institutio non obstat; ergo nihil obstat. Minor, quæ sola habet difficultatem, probatur; quia in casu proposito oratio pro defunctis, quæ satisfactio sacramentalis, non prodest defunctis, sed delet poenæ Purgatorii, debitas poenitenti pro peccatis remissis, easdem quas deleret, si poenitens illam orationem legeret pro seipso, id est, illa oratio habet eundem effectum sacramentalem, sive legatur pro poenitente, sive pro alio vivo vel defuncto.



Ad quid ergo legitur pro defuncto? Respondeo, ut hic habeat effectum ex opere operantis, quem alioquin haberet ipse pœnitens, si pro seipso legeret. Et cum hoc ipsum pœnale sit pœnitenti, quod nimirum, velit nolit, debeat fructum seu effectum ex opere operantis dare alteri, & hoc ei imponatur sub pœnitentiâ, fortè majorem fructum ex opere operato recipiet, id est, remissionem majoris pœnæ, quam si legeret pro seipso.

144.
Sicut Confessarius potest præcipere eleemosynam corporalem, ita & spiritualem.

Responsio Sanchii.

Nonne Confessarius potest præcipere pœnitenti, ut largiatur eleemosynam corporalem indigenti pauperi hujus sæculi? Cur non etiam poterit præcipere, ut largiatur eleemosynam spiritualem indigenti pauperi alterius sæculi? Et verò quæ acceptior eleemosyna defuncto, quàm liberatio à pœnis Purgatorii? Sanè & ipse defunctus sic liberatus, indubiè pro suo liberatore exorabit, ut à peccatis, & pœnis, pro ijs suis debitis, solvatur. Ergo nulla sit tali pœnitenti injuria, sed potius magna gratia.

Respondet Sanchius n. 11. In temporali eleemosyna distinguitur satisfactio à materia eleemosynæ, quæ erogatur. Unde dispensans eam,tribuendo pauperibus nummos v. g. sibi potest reservare valorem satisfactionis eleemosynæ correspondentem. At eleemosyna spiritualis animabus dispensanda, non est aliud, quàm spiritualia aliqua bona in illarum satisfactionem erogari; pecunia enim (ut ita dicam) quæ ipsis tribuitur in eleemosynam, est satisfactio aliquam pro ipsis applicare. Unde idem est præcipi pœnitentem ob eleemosynam aliquos Psalmos recitare pro animabus, atque juberi suam satisfactionem aliis applicare. Rectè tamen præcipi poterit, aliquam eleemosynam temporalem offerri pro animabus, ut scilicet stipendia pro Missarum Sacrificiis habeantur, quæ offerri possint pro ipsis: tunc enim eleemosyna illis oblata, est quid distinctum ab applicatione satisfactionis offerentis & erogantis eleemosynam. Hæc ille.

145.
Rejicitur.

Ego autem dico; etiam in spirituali eleemosyna, imposita à Confessario, distinguitur satisfactio à materia eleemosynæ, satisfactio, inquam, ex opere operato; nam materia est satisfactio ex opere operantis; hanc autem applicare alteri est satisfactorium ex opere operato; immo etiam ex opere operantis ratione voluntatis, quâ postea suum actum, v. g. orationem, applicat defuncto; quia hæc non applicat seipsum, & Confessarius solum præcipit applicare ipsam orationem, non autem voluntatem illam reflexam. Supposito ergo, quod oratio v. g. vel jejunium, aut aliud opus pium, præter remissionem pœnarum, quàm causaret ex opere operantis, si extra Sacramentum poneretur, causet distinctam remissionem pœnarum, dum imponitur vi Clavium à Confessario, & ex ejus præcepto

sacramentali mandatur executioni à pœnitente; ac aliunde admissio, quod fructus ex opere operantis extra Sacramentum possit applicari defuncto, vel alii vivo, nullam omnino vel in specie video rationem dubitandi de ultima parte nostræ Conclusionis.

Scio Aliquos esse, qui negant distinctum effectum ex opere operato, & docent unum eundem effectum conferri duplici titulo, qui alioquin solum fuisset collatus unico titulo, sed hi facile redarguuntur argumento à simili, videlicet, Sacramentum Pœnitentiæ conferret distinctos gradus gratiæ ex opere operato, ab illis, qui causantur ex opere operantis; ergo similiter distinctos gradus remissionis pœnæ temporalis.

Nec dixeris; Christus nupsiam promissæ suscipientibus Sacramenta remissionem pœnæ, sed tantum gratiam; ne, inquam, id dixeris; quia scriptum est Joan. 20. v. 23. *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Remissio autem peccatorum duplex est, scilicet quoad culpam, & quoad pœnam. Nec est ulla ratio verba Christi intelligendi de sola remissione peccatorum quoad culpam; præsertim cum ex illis verbis, & aliis similibus Matth. 18. v. 19. *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in calis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in calis;* Conc. Trident. cum antiquis Patribus doceat, Claves Sacerdotum concessas esse etiam ad ligandum, id est, ad præcipiendum pœnas hujus sæculi; ergo consequenter ad solvendum pœnas, non hujus sæculi; ergo alterius.

Si quis dixerit; Claves Ecclesiæ esse datas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum; & prætereâ Sacerdotes, dum imponunt pœnas constitutibus, agere contra finem Clavium, & contra institutionem Christi; & satisfactionem esse, quod, virtute Clavium, sublatâ penâ aeternâ, penâ temporali viciumque exsolvenda permaneat; anathema sit. Ita Trident. sess. 14. can. 15. Igitur virtute Clavium, veluti confitens obligatur ad pœnam à Confessario impositam, ita non dubium, quin eadem virtute auferatur pœna temporalis, quæ plerumque, sublatâ penâ aeternâ, permanet exsolvenda; hic est enim finis istius obligationis.

Liquet ergo; Sacramento pœnitentiæ non tantum promissam esse gratiam habitualem, sed etiam remissionem pœnæ temporalis; ergo si distinctos gradus gratiæ conferat ex opere operato, etiam distinctos conferet gradus remissionis pœnæ.

Addo aliud simile: Summus Pontifex concedit, mediis Indulgentiis, remissionem pœnæ, danti eleemosynam vel oranti, & distincti gradus remittuntur ex applicatione Indulgentiæ, ab illis, qui correspondent eleemosynæ vel orationi; ergo concedendum est, Christum

Pontifex pœnæ concedere indulgentiam si quis oraverit pro defunctis.

148.
Objectio.

Solvitur.

Conclusio.

Conc. Trident.

Secundum
Christum
Pœnitenti
missionis
ipsi Sacram
re operant
ubi servus
Et ver
fex potest
v. g. orati
illi, qu
cul dubio
nis ex op
salvo ma
opere ope
militar in
non possi
tyrii ex op
cto, & t
opere ope
148.
Sed dic
in statu p
defuncto
tit defunct
tis requir
quid tum
tionis.
Respon
nec ipse h
tamen lat
suprà dixi
ris præcep
oratio pro
tionis, qu
sufficiant
preced. C
& scrutati
Quand
sanctis p
diam, &
præterito
gationem
tens, imm
defuncto
se privat c
missionis
dè Con
quod Saco
quam imm
custodiam
etiam ad
& castigat
propter
dendum à
Ecclesia
in Cate
Cùm d
scriptum
quantum
litate crim
res & con
fortè pecca

Secl. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 7. 923

Christum ex suis meritis per Sacramentum Penitentiae applicare distinctum gradum remissionis poenae, ab illis, qui correspondent ipsi Sacramento, aut operi satisfactorio ex opere operantis: cur enim Dominus parcus sit, ubi servus largus est?

Et verò manendo in eodem simili, Pontifex potest exigere aliquod opus pro defunctis, v. g. orationem, & concedere Indulgentiam illi, qui oraverit pro defunctis; quo casu procul dubio satisfactio seu fructus illius orationis ex opere operantis applicatur defuncto, salvo manente fructu Indulgentiae, seu ex opere operato ei, qui oraverit. Ergo consimiliter in nostro casu. Putas, quia Martyr non possit applicare satisfactionem sui Martyrii ex opere operantis alteri vivo vel defuncto, & tamen sibi ipsi retinere effectum ex opere operato? Noli putare.

Sed dicit aliquis: quid ergo si poenitens sit in statu peccati mortalis, quando orat pro defuncto? Istem tunc illa oratio non prodebit defuncto, cum satisfactio ex opere operantis requirit statum gratiae. Consentio: sed quid tum? Ergo non satisfacit suae obligationi.

Respondeo Neg. Conseq. quia probabiliter nec ipse habet effectum ex opere operato, & tamen satisfacit suae obligationi. Sufficit, ut supra diximus, quod ponat substantiam operis praeccepti. Deinde tali casu adhuc posset illa oratio prodesse defuncto per modum impetrationis, quidquid Aliqui reclamant, sed sine sufficienti fundamento, ut patet ex dictis Sect. praeced. Concl. 3. Omnibus ergo perfectis & scrutatis sit haec resolutio finalis.

Quandoquidem satisfactio imposita pro defunctis possit esse tum ad novae vitae custodiam, & infirmitatis medicamentum, tum ad praeteritorum peccatorum vindictam & castigationem; non enim minus punitur poenitens, immo potius magis, cum jejunat pro defuncto, vel alio vivo, quoniam non solum se privat cibo corporali, sed etiam fructu remissionis poenae ex opere operantis; & aliunde Conc. Trid. nihil aliud requirat, quam quod Sacerdos habeat praeculis, ut satisfactio, quam imponit, non sit tantum ad novae vitae custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam & castigationem; sit, inquam, resolutio finalis, propter paucorum opinionem non esse recedendum à communi praxi Confessariorum, ab Ecclesia cognita, & nusquam reprobata, immo in Catech. Rom. quodammodo approbata.

Cumque in eodem Conc. sess. 14. c. 8. scriptum sit: Debet ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & poenitentium facultate, salutare & convenientes satisfactiones imponere; ne, si forte peccatis commoveant, & indulgentius cum po-

nitentibus agant, levissima quadam opera pro gravissimis delictis imminuendo, alienorum peccatorum participes efficiantur, cum, inquam, sic scriptum sit, & nefas sit dubitare de veritate: hinc Dico septimò:

CONCLUSIO VII.

Confessarius regulariter, & per se loquendo, debet imponere poenitenti satisfactionem per modum praeccepti. Consulta tantum non est sacramentalis.

Quidni debeat imponere? Est namque minister Sacramenti, cujus est procurare seu administrare integrum Sacramentum quantum commode potest. Est praeterea Iudex, ad quem spectat delicta non solum cognoscere, sed etiam vindicare & castigare. Est denique Medicus, qui ex officio tenetur applicare infirmo medicamentum sanitatis. Et ideo subiungit Trident. supra: Habeant autem praeculis (Sacerdotes) ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novae vitae custodiam & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam & castigationem.

Ut autem unusquisque sciret, non sufficere consilium, sed necessarium esse praecceptum, pro ratione sui dicti addit: Nam Claves Sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Igitur impositio satisfactionis, ad quam obligatur Sacerdos est actus jurisdictionis, actus, inquam, ligaminis, qui necessarius includit praecceptum; secus actus solutionis, qualis est concessio Indulgentiae, quae non includit praecceptum.

Dices; Sacerdos consulendo poenitentiam, etiam ligat, quatenus videlicet necessitatem hujus poenitentiae imponit, non simpliciter, sed ad hunc finem consequendi ex opere operato remissionem poenae per hoc Sacramentum. Ita Surius disp. 38. sect. 3. ubi tenet oppositum ultimae partis Conclusionis; mirum docet, quamvis regulariter Sacerdos debeat absolute praecipere poenitentiam, eundem si solum consulat, eam esse sacramentalem, id est, causare remissionem poenae ex opere operato, non minus, quam si absolute fuisset praeccepta.

Pro hac opinione citatur D. Tho. Quod lib. 3. a. 28. & Alii plurimi apud Dianam 3. parte tract. 4. Resol. 82. & parte 4. tract. 4. Resol. 241. propter quorum auctoritatem probabilis merito censetur, & in necessitate practicanda, quando non expedit, ut opus

A a a a a 2 injun-

penitentia

ur executioni à poenitenti-
to, quod fructus ex opere
eramentum possit applicari
i vivo, nullam omnino
ationem dubitandi de il-
onclusionis.
, qui negant distinctum
erato, & docent unum
ferri duplici titulo, qui
et collatus unico titulo
antur argumento à simili
Penitentiae conferre
e opere operato, ab
e opere operantis; ergo
gradus remissionis poenae

Christus nusquam promittit
remissionem poenae,
ne, inquam, id dixerit;
an. 20. v. 23. Quam res
untur eis; & quorum remissio
missio autem peccatorum
quoad culpam, & quod
ratio verba Christi intel-
litione peccatorum quoad
am ex illis verbis, & aliis
v. 19. Quodcumque liga-
verit ligatum & in caelis, &
erit solutum & in
nt. cum antiquis Patribus
totum concessas esse etiam
, ad praecipendum poe-
go consequenter ad sol-
hujus saeculi; ergo alie-

aves Ecclesiae esse datus in-
etiam ad ligandum; & pro-
m imponunt poenas consimiles
Clavium, & contra inflig-
onem esse, quod, virtute Cla-
vernà, poena temporalis ni-
maneat; analibema sit. Ita
. 15. Igitur virtute Cla-
ens obligatur ad poenam
tam, ita non dubitum,
aufferatur poena tempo-
ae, sublatà poena aeterna;
& hic est enim finis illius

amento poenitentiae non
esse gratiam habitualem,
poenae temporalis; ergo
gratiae conferat ex opere
ctos conferat gradus re-

Summus Pontifex con-
centiis, remissionem poe-
am vel oranti, & distin-
ur ex applicatione Indul-
correspondent elemo-
ergo concedendum est
Christum

penitentia
potest con-
edere in-
dulgentiam
si qui ora-
verit pro
defunctis.

148.
Obiectio.

Solutio.

Conclusio.

Concl. Trid.

149.
Probat
Concl.

148.
Obiectio
ex Surtio

qui tenet
oppositum
ultimae parti
Concl.

Citatur et-
iam D. Tho.
& Alii apud
Dianam.